

habebant in supradicto loco de Casanova, videlicet quod habere debeant fidelitates supradictorum hominum, & albergarias, & districta, & investituras, & placita de omnibus offensionibus, & fructa, & bannos, & iudicantias, & apertum, & sotrum omnia, ut supradicta debeant habere, & tenere in loco supradicto de Montebono. Ut autem hunc breve firmum, & stabile permaneat per manus Oddonis notarii iudicis fieri iussimus, & ad memoriam reduci. Actum in loco civitatem Aquis in camera solariata jamdicti Domini Azonis Episcopi & in presentia dicti Abbatis, & monachorum, & Archipresbyteri, & canonicorum anno Dominicæ Incarnationis 1100. inscripti dies mensis indict. 8. Signum Domini Azonis qui hunc breve iussit fieri Signum manuum Alinensi, & Alberti, & Ingilberti. Signum manuum Gargani, & Oberti, & Joannis de Ritorto testium. Ego Petrus Notarius Sacri Palatii mandato, & parte Domini Arditiionis Archipresbyteri Aquensis, Villelmi Vagni præpositi, & massarii S. Petri, ut in brevi quondam Oddonis Iudicis, & Notarii qui ipsum tradidit, inveni hoc exemplum, nihil addens, vel minuens exemplavi.

Ego Ubertus Notarius Palatinus de Aquis mandato Domini Alberti Aquensis Episcopi, prædictum breve exemplatum a dicto Petro sicut ipsum inveni scriptum, ita in ipso scripsi exemplo, &c.

Ego Bonfilius Notarius Palatinus, &c.

*Donatio Marchionum Vilielmi, & Rainerii
Ecclesiæ Vercellensi ex autographo
Archivii ejusdem Ecclesiæ.*

M C I.

30 Anno ab Incarnacione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo primo, quinto calendas januarii, indicione nona. Quadrantana (1) vini Ecclesiæ S. Eusebii Vercellensi, & Episcopatu (2). Nos Vuilielmus, & Reinerius fratres, & Marchiones filii quondam item Vuilielmi Marchionis de Ravenna (3), seu Otta comitissa mater, & filii, & filia quondam Tebaldi de Agldo (4), & relicta jam dicta quondam Vuilielmi Marchionis quondam vir meus, qui professi sumus ex natione nostra lege vivere Salica. Ipsa (5) namque filiis meis Vuilielmo Inforfado, & Rainerio mihi confencientibus, & subter confirmantibus præsens præsentibus duximus (6). Quisquis in sanctis, ac in venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus, 40 justa auctoris vocem centuplum accipiet, & insuper quod melius est vitam possidebit æternam, ideoque nos qui supra mater, & filii donamus, & offerimus in eadem Ecclesia S. Eusebii, & eadem quadrantina vini hoc est mansum unum cum omnibus rebus ad ipsum mansum pertinentibus pro anima suprascripti quondam Vuilielmi genitoris nostri, & jugalis, juris nostri (7), quod habere habere visi sumus in loco, & fundo Cornale, & in Mataasco, & in eorum territoriis, quod est rectum, & laboratum per bonum Johannem filium 60 quondam Leonis Ferrarii, & sunt per mensura inter sedimina, & vites cum areis suarum (8) terris arabilibus prata jerbia (9), ac stallareis cum

areis suarum (10) adsuper totum jageas . . . & si amplius de nostris juris rebus inventum fuerit, quam ut supra mensuratum (11) per hanc cartam offerfionis, & (12) pro anima patris nostri, & jugalis mei q. f. Otta mercede q. f. quondam Vuilielmi in eadem Ecclesia S. Eusebii, & in eadem quadrantina vini, & parti Ecclesiæ, & quadrantina, aut cui pars Ecclesiæ dederit persistat potestatem proprietario juris exceptis tria placita, quæ in nostra potestate, & proprietate retinemus, hæc sunt homicidia, furta, & adulteria. Nam alia omnia (13) ut supra legitur ut dictum est, tam casis, & sediminibus vineis cum areis suarum (14) terris arabilibus, tam in locis, & fundis, seu in pertinentias (15) Cornale, & Mataasco pratis (16), pascuis ierbis silvis, ac stallareis, buscaleis (17) cum areis suarum (18), ripis rupinis, ac paludibus, coltis, & incoltis, divisis, & indivisis unæ cum finibus, terminibus, ascessionibus, & ingressionibus (19) aquarum, aquarumque ductilibus cum medietate molendini unius in flumine Pado (20) in navibus ibidem impositum cum piscacionibus utriusque ripis venationibus mercato anisceris, roscidis, cariciis (21) placitis extra præfata tria placita, quæ sunt furta adulteria homicidia, nam alia omnia in integrum cum omni honore, & redditu ad eundem mansum pertinentem etiam (22) cum omni jure ajacenciis, & pertinentiis per loca, & vocabula ab ipsis rebus designatis omnia vel ex omnibus in integrum. Quod autem suprascriptum mansum cum omnibus rebus ad ipsum mansum pertinentes juris nostri prædictum una cum accessionibus (23), & ingressibus earum, seu cum superioribus, & inferioribus earum rerum, qualiter (24) supra legitur omnia, vel ex omnibus integrum exceptis suprascriptis tribus placitis ab hac die in eadem Ecclesia S. Eusebii, & in eadem quadrantina vini donamus, cedimus, conferimus, & per presentem cartam offerfionis ibidem habendum confirmamus ut supra legitur, & faciant exinde dicti Episcopus Ecclesie (25), & quadrantine vini, aut (26) cui pars quadrantine dederit quicquid voluerint pro anima quondam suprascripti Vuilielmi jugalis, & genitoris nostri mercede sine omni nostra, & heredum, ac proheredumque nostrorum contradictione, vel repetitione. Insuper per cultellum, festucam, nodatam, mantonem, & manzonem terræ, atque ramum arboris, parte ipsius Ecclesiæ, aut cui pars Ecclesiæ dederit, & ipsi quadrantina dederit ad partem ipsius Ecclesiæ, & quadrantina legitimam facimus tradicionem, & investituram, & nos exinde foris expulimus, varpivimus, & absentes nos fecimus, & ad ipsius proprietatem jam dictæ Ecclesiæ, & quadrantina habendum relinquimus facientes Clerici (27) exinde a præsentis die qui ibidem pro tempore fuerint pro anima suprascripti quondam Vuilielmi Marchionis mercede (28) viri, & genitoris nostri, sine omni nostra & heredum, ac proheredumque nostrorum contradictione, vel repetitione. Si quis vero quod futurum esse non credimus, si nos ipsi qui supra mater & filii quod absit (29), aut ullus de heredibus, ac proheredibus nostris, seu quelibet obposita per-